

ACTA GENERALIS VIII. SYNODI.

fuisse. Qui quidē liber constat ex membrana, & sexcentorū annorū videtur esse, cū diffi-
 dium & cōtrouersia nostra nondū fuerat orta. Præterea locus & litera hæc talibus pun-
 ctis & lineis disposita est, vt nulla prorsus ex ordine talis corruptionis suspitio possit ha-
 beri. Hic igitur liber corruptus nō est, p̄sertim a Romanis, a quibus nunq̄ ante hæc visus
 fuerat: q̄nquidē nō obliteratio, nō macula, nō deniq; diuersa manus in hoc libro depre-
 henditur. Præterea ex vetustissimæ vestriæ synodorū actis apparet, corrumpendorū
 librorū vitii & malignitatē (pace vestra dixerim) apud vos a nostræ regionis hostibus
 ortā fuisse. Antiochenū antiūtitē missis, q̄ sic incipiūt, gau-
 deant cœlesti quasq; Chalcedonen. synodus suscepit, testatur. Si quis, inquit, legislatorū
 verba vera euerit, mea quoq; dicta, vt sibi placet, trāsmutat & c. Tua ergo pietas nō mi-
 retur, q̄nquidē (vt optime nouit) generis cuiusuis hæretici ex a deo spirata scriptura, er-
 roris sui causam capientes, q̄ per sanctū sp̄m bene prolata sunt, malignitate sua corrup-
 punt, & reliqua. In quibus quidē literis Athanasij dedit exemplū, ostendēs eius episto-
 lam ad Epictetū datā, corruptā fuisse. Præterea Cyrillus idē ad Acatū scripsit, cuius q̄-
 dem literæ fuerūt inscriptæ mutua colloctio. Si quæ literis (inquit) mandaueram, sic a
 nōnullis in medium proferuntur, vt credant me eorū, q̄ in Ephesina synodo celebraui-
 mus, pœnituisse, id etiā derideatur: dei nāq; benignitatē sanæ mentis sumus, ac a recta
 ratione neutiq; aberrauimus. Ex quibus meridiana luce clarius apparet sanctū Cyrillū
 in Ephesina synodo, ac semper alias vnus sententiæ fuisse. Præterea in eisdē literis de
 quodā Melenseni p̄sule facit mentionē, a quo quidē interrogatus an ipse quoq; sentis-
 ret idem quod Athanasius ad Epictetum scripserat, respondit, si sanas & non mendosas
 Athanasij literas haberes: ipsius equidē acquiescere, ac eadē cū Athanasio sentire. Vñ
 deinde ipsius Athanasij literis, quas Cyrillus sanas habebat, satis apparuit oēs alias eius-
 dem exempli literas, q̄ toto fere in Oriente fuerant, mendosas fuisse, idcirco Melenus
 ipse pontifex veras ipsas Athanasij literas statim exscripsit, ac ad Iohannē Antioche-
 num antiūtitē misit. Ergo rationi congruū est, & ita credimus hunc Basiliū librū fuisse
 se, anteq̄ de sp̄s sancti processione quæstio inter nos oriret. Qua deinde exorta (quā-
 uis ab ipso fere religionis nostræ principio hæc cōtrouersia fuerit) auctores nostri schis-
 matis in corrumpendū hunc locū incubuisse. Vex sp̄s sancti benignitate librū hunc
 Constantinopoli fuisse seruatū, ne ab impijs ipsis corrumpere: qua quidē ratione addu-
 cimur, vt credamus hæc magni Basiliū autoritatē nequaq; mendosam esse. Siquidē igitur
 ad veritatē inuestigandā, ac pro cōmuni bono mutua beneuolentia huc frequentēs
 cōuenimus, operæpretium est, vt libros nostros, qui vetustiores fuerint, cōferamus (de
 re profecto nō mediocri agitur) vt ex sequentiū ad p̄cedentiā connexu, quid nam ipse
 Basilius senserint facilius cognoscamus. Sed pro euitando odio hætenus.

Mar.

¶ Nonnullos libros, P. amp. cū hac additione Cōstantinopoli extare paulo ante pro-
 tulimus: nil mirū igitur, si vnus ex ipsis huc fuerit allatus. Quos quidē libros ipsi simpli-
 citate nostra vtentes, ac veritate cōfisi, extare sinimus: quāuis eos facillime, q̄ per pauci
 fuerint, delere prorsus potuissimus: ex quibus hunc vestrū librū ab aliquo, q̄ in illa regio-
 ne vobiscū sentiret, exscriptū fuisse credimus. Quod quidē admiratione dignū non est,
 cū hic etiā q̄ plurimi vestri sint hoies, qui maiorū nostrorū sequētēs vestigia, piū dogma
 nostrū sc̄t ent non aut imus inficias codices multos in terris nostris ab hæreticis, q̄ va-
 na dogmata in dei ecclesia introducere voluissent, sæpissime corruptos fuisse: idcirco
 auctoritatibus, quas modo citasti, quo animo assentimur. Vex ea vos nō ignorare exi-
 stimo, q̄ Zozimi summi pontificis tēpore acta fuerāt. Qui cū ad Carthaginēse cōciliū
 scripsisset, Nicenæq; synodi decretū misisset, Romanū pontificē ecumenicē appellan-
 dū, conciliū illud respondit se prius velle ipsius synodi acta, quæ vel Alexandriæ apud
 Cyrillū, vel Cōstantinopoli apud Proclū essent, diligēter inspiciere: q̄nquidē apud acta
 ipsius Niceni concilij decretū eiusmodi non extabat: quibus deinde Niceni concilij ge-
 stis ab Alexandria missis diligēter inspectis, ipsoq; decreto nequaq; inuento, idem Car-
 thaginēse conciliū Zozimo r̄dit, se tale nomen ipsi nolle tribuere, quod a generali sy-
 nodo decretū minime fuerit. Nonne vides, P. R. summū pontificē decretū falsum, &
 non in synodo promulgatū, ad tantū conciliū pro re rā magna misisse? Non igitur tam
 vehemēter debetis mirari, si quidē etiā ex nostris hoibus vel nouū dogma volētes des-
 fendere, vel q̄ ita sibi temere visum fuerat, aliquos libros corruerint. Cum igitur nos
 strorum